

THEODORICVS ARCHIEPISCOPIVS TREVERENSIS, ET  
*primus Elector.*



**T**heodoricus ab ineunte ætate literis & uirtu-  
tibus operam dedit, atq; diligenti studio ef-  
fecit, ut uiris doctissimis annumeraret. Itaq; Vui-  
ligifus Archiepiscopus Moguntinus eum dile-  
xit, atque in sua Ecclesia præpositum constituit.  
Eam functionē cum optimè administraret, apud  
omnes magnam existimationem doctrinæ & pie-  
tatis adeptus est. Cum ergo eo tempore Treuerē-  
sis sedes uacaret, ipse in eius loci Archiepiscopū,  
atq; etiam primum eius Ecclesiæ electorem con-  
stitutus fuit. Vnde cum alijs Electoribus Anno  
millesimo tertio S. Henricū Cæsarem elegit. Po-  
stea in suo Episcopatu magna dexteritate omnia  
ordinauit, atq; reliquis bene uiuendi occasionem dedit. Hinc inde etiam mul-  
ta templa atque monasteria fundauit, atq; inter alia S. Gangolphi collegium  
Moguntiaë instituit. in eius rei memoriam, quod olim ibidem literis imbutus  
atq; præpositus electus fuisset. Tandem uerò moriens Treueris magna  
solennitate sepultus est. Anon. in Mog. Archiepisc.  
Vuiligifo.